



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDX. Die Pröpste zu Berlin und Liebenwald beschwerten sich über den Bischof Heinrich wegen der Ueberlastung mit Steuern, welche dieser von ihnen fordert (1401.)

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CDX. Die Präpste zu Berlin und Liebenwalde beschweren sich über den Bischof Heinrich wegen der Ueberlastung mit Steuern, welche dieser von ihnen fordert (1401.)

Cum defensio legitima in appellationis remedio sit statuta, ideo nos Prepositus Berlinensis, et Nicolaus Lytzke Prepositus Lyvenwoldensis diocesis Brandenburgensis, cum nostro clero adherente et adherere volente, et presertim A. B. etc. Coram te notario publico, tanquam coram autentica persona, animo appellandi, dicimus et proponimus; Quod quamvis Reverendus in Christo Pater et Dominus, Dominus Theodoricus quondam Brandenburgensis ecclesie Episcopus, pie memorie, immediatus predecessor reverendi in Christo Patris ac Domini, Domini Henrici ejusdem ecclesie Episcopi, nunc regentis, pro multis necessitatibus a clero nostrarum prepositurarum aliquot annis receperit subsidium caritativum, quod alio nomine Peticio nuncupatur, nunc plus, nunc minus, secundum quod inter dictum Dominum Episcopum vel ejus vicarium et eundem clerum fuerat amabiliter concordatum, pro quo nos, clerumque nostrum paterne fovit, in libertatibus suis servavit, gladium spiritualem pro eis vibravit, eorumque injuriatores in quantum potuit compefcuit, juristas, advocatos, aliosque viros literatos pie dilexit, reliquosque clericos honestos digne ac benigne tractavit, singulaque ad cleri defensionem et honestatem pertinentia, prout ad ipsius spectabat officium, exequi secundum posse non omisit: memoratus etiam reverendus in Christo Pater et Dominus Dominus Henricus eidem Theodorico, divina et apostolice sedis gracia permittente, in cura succedens pastorali, licet eodem modo a clero nostro subsidium caritativum alias petitionem aliquot annis, sua necessitate, ut asseruit, exigente, scilicet pro coronacione facienda, propter villarum suarum ad mensam suam pertinencium destruccione, pro redemptione suorum familiarium captivorum ac aliis multis incumbentibus oneribus, aliquando precibus caritativis, quandoque etiam requisicionibus importunis obtinuit sibi dari; nunc autem, quia pridem caritative sibi extitit, secundum possibilitatem beneficiorum tunc redditibus habundanciam, ministratum, tanquam debitum etiam a quasi desertis beneficiis nititur extorquere, novum censum, contra Lateranense Concilium, nostris eorumque beneficiis imponendo, fulminans per processus suos in non solventes excommunicacionis suspensionis et interdicti sentencias, ut in processibus suis hoc plenius continetur. Preterea cum persone cleri nostri injuriis, tribulacionibus et angustiis diversis angustientur gravius solito, ac beneficiorum et alii redditus eorum, nostra eorumque bona et res depredacionibus, spoliis et aliis diversis modis, sunt adeo imminuti, prochi dolor! manifeste, p n, atque notorie, ut quidam et nostris clericis mendicando sustententur, quidam vero etiam parrochiales ecclesias aut alia plura beneficia regendo et officinando vix alantur, aliqui autem duris serviciis, laboribus et aliis modis minus convenientibus victum querere cogantur: nonnulli quoque affecti penuriis infirmitates incurrunt, nec est, qui remedium, consilium vel auxilium ferat, aut justiciam faciat de premissis, ymmo verius sunt qui ejusdem Domini Episcopi in spiritualibus et jurisdictione vices gerunt, qui quasi super dolorem vulnera addentes, bona occisorum vel alias decedencium clericorum, sub colore non conditi testamenti, vel aliis coloribus questis, arrestare presumunt et tollere, vel saltem partem ab heredibus et testamentariis extorquere, procuratores, notarios et nuncios nostros, ad causas nostras destinatos, injuriis graviter afficere, et carceres et turres eis comminari, advocatos, juristas et defensores nostros gravissime prosequi, defensiones legitimas nobis precludentes, penas canonicas in jure expressas contra universitates et singulares personas, tallis gwidagis et pedagiis ecclesias ecclesiasticasque personas gravatas miserrime exequentes, sepulturam cimiteriorum nostrorum per exco-gitatam astuciam, contra sacros canones, venalem exponentes, et nos, contra ista loquentes seu quomodolibet agentes, censura ecclesiastica percellentes, statuta universitatum, quibus cavetur ne de cetero

bona immobilia ecclesiis, ecclesiasticis personis seu aliis piis locis vendantur seu donentur, dissimulantes, institutiones ad beneficia vacancia, presentatis ydoneis, nisi cum eis de certo conveniatur precio, denegantes vel ex post facto ad precium dandum compellentes, quod quam contrarium est sanctorum patrum sententiis, et animabus tam recipiencium quam dancium extat periculosum, nemo sane mentis ignorat; nostris subditis et presertim presbiteris bone fame ad vilis persone perperam suggerentis mendacium vel ficticium certi criminis nulla precedente infamia expurgacionem cum multis conpurgatoribus, indicere non formidant, quam si subire noluerint, omni defensione cessante, excommunicacionis, suspensionis et interdictorum sententiis et aliis penis gravibus eos afficiunt, quousque lucrum seu predam consequuntur. Nec hiis dictus Dominus noster Episcopus contentus, nescimus quo jure, prepositurarum nostrarum jurisdictiones, criminum correcciones, que de antiqua consuetudine ad nos et predecessores nostros Prepositos pertinuerunt et hodie pertinent, et in quarum possessione pacifica fuimus hactenus constituti, excepta molestacione injuriosa, presenter auferre conantur, possessionem pacificam quam hactenus habuimus in eisdem injuste perturbando, crimina per nos semel correctata in opprobrium nostrum et subditorum nostrorum dampnum, per proterviam et violenciam, quibus resisti non potest, iterum corrigendo, et alia faciendo per que jus nostrum graviter leditur et iniq̄ue minuitur ac perperam dampnatur: Et quod deterius flebilis et dampnabilis est, Dominus noster Episcopus memoratus annis singulis, quasi per concussionem, a nobis nostrisque subditis procuracionem pecuniariam, racione visitacionis, exigere non veretur, cum raro vel nunquam visitet, quam tamen si visitaret, et nolentes in pecunia solvere minime tenemur, fulminans in non solventes ecclesiastice censure sentencias, ut in literis desuper confectis plenius continetur, penam restitutionis dupli, et alias penas in jure statutas parvi pendens contra taliter procuracionem exigentes. Et licet iidem nostri subditi pluribus annis eidem Domino nostro Episcopo sicut quod potuerunt caritative ministrarunt de eisdem beneficiis de quibus, ut presertur, vix per se valeant sustentari, et adhuc tempore oportuno debite requiliti, secundum juris tradicionem, ministrare sunt parati, dictus tamen Dominus noster Episcopus ad id quod non possunt, nec nos possumus nec tenemur, contra Deum et justiciam, et caritate postposita, secundum ea que promissa sunt, censura ecclesiastica compellere nos conatur. Ex quibus omnibus et singulis et quolibet de premissis, et presertim ex processibus contra nos latis etc. fencientes nos una cum nostris etc.

Gercken's Stiffts-Historie von Brandenburg. S. 642-646.

CDXI. Die Elsendengilde der Altstadt Brandenburg verkauft dem Domcapitel eine Rente aus dem Pritzer See, am 25. Jan. 1403.

Wy Clawes Schorin, Jurien Lütke Hennikens, Hans Brandenburg unde Wiprecht von Plawe, Meistere unde Vorrades Lude der Elenden Gulde unde der ganzen Gulde Samenunge in der Oldenstadt tu Brandenburg bekennen etc. dat wy mett wolbedachtem Mude unde guten Willen eindrestiglike mett Er Jan Czulen Altaristen Wille unde dorch Beteringe vorkoft hebben unde vorkopen den erwirdigen Hern Er Henninge von Bredow, Proveste tu Brandenburg unde sinen Nakomelingen unde deme Capittle tu Brandenb. ein Punt Brandenburgescher Penninge, dat wy hadden in den Pritzerwer Watere unde geliet was in der eldusent Megede Altar in der Parkerken der chegenanten Oldenstad. Datt vorbenumede Punt hebbe wy ehrgenante Meistere unde